

GEORGII
AGRICOLAE MEDICI
BERMANNVS, SIVE
DE RE METALLICA.



FRO BEN

Basileæ, in ædibus Fröbenianis
Anno M. D. XXX.

etiam mihi conciliaueris. Non possum
nō uehementer admirari, uel potius mul-
tum amare uirum, qui tanto studio & di-
ligentia res ipsas, non nomina tantū, qd
pleriqz facere solēt, inquirit. Qui quæ ue-
re inuenta dicere posses, non temere asse-
rit, tantum abest ut rem ullam, quæ dubia
& incerta sit, nimis etiam affirmet. Qui
deniqz, quod omnium maxime miror, ea
quæ magno labore inuenit, alijs facilime
& diligētissime explanat, ac minime, qui
non paucis mos est pessimus, inuidentia
quadam tanquam mysteria & arcana ce-
lat. A N . Recite dicis. Nam & mihi studio
ueri inueniendi etiam ardere uidetur, ne-
que quicquam nisi certa eius indicia sint,
asseuerare. Præterea animo quām maxi-
me candido esse. Sed reuertitur nunc, ac
nescio quid noui apportat. Quid hoc ue-
ro est Bermannus B E R . Fluores sunt, ita
enim, liceat mihi uerbum è uerbo expri-
mere, nostri metallici appellant, nec meo
ſudicio inepte: siquidē planè materia quæ
dam uidetur esse confluxa & congelata,
perinde ac glacies esse ſolet, niſi quod ua-
rios & iuicūdos colores obtineat, N A E .
Hos

Hos Theophrastus ἐκ συγγροῦς, id est confluxu in terra fieri diceret. Punicei isti fluores, utar posthac uerbis tuis, argentū rūde puniceum, quod ante nobis indicasti, esse apparent. B E R . Primo quidē aspectu ita uidetur, nō tamen sunt, nam translucidi non raro existunt. N A E . Carbunculi ergo sunt. B E R . Ne hi quidē. N A E . Quomodo ergo à Carbunculis interno scī possunt? B E R . Hac potissimum nota, quod colores in oculos, ut Carbunculi solent, non uibrant, licet quidam perspicui sint . Qui uero nō translucent, uel eo ipso à carbunculis distinguuntur. Præterea omnis generis fluores quamprimum ignem senserint, diffluunt, Carbunculi fluidi in igne minime fiunt. N A E . Bene discernis. B E R . Aliud genus uidete colore purpureo dilutiori. N A E . Amethysti uidentur uiliores, quales in Boëmia plerisq; in locis reperiuntur. B E R . Certe nō multum dissimiles eis sunt, quare uulgo, quod Amethystos non bene nouit, pro gemmis annulis inserti facile uendi possunt, & uendūtur. Tertium genus, ut hinc cernitis, colore est candido. N A E . Cry stallos

stallōs crediderim. B E R . Quartum lutei
coloris est, quintum cineracei, sextū sub/
nigri. A N . Quis uero usus fluorum est:
B E R . Dum metalla excoquuntur adhi/
beri solent, reddunt enim materiā in igne
non paulo fluidiorem, perinde ac lapidīs
genus, quod è pyrite cōfici diximus: con/
ficitur uero nō longe hinc Breitenborni,
quod prope Suarcebergum est. Ex fluori
bus præterea colores, qbus pictores utun/
tur fieri possunt. Sed descendamus rur/
sum, proxime fodina est cui nomen Ve/
rona, ibi uobis Cobaltū ostendā. N A E .
Illud' ne cuius dū de pyrite loqueremur
mentionem fecisti: B E R . Id ipsum. An/
con nunc ita præcurrīt, ut ipsum uixasse
qui possimus, qui tamen cum ascendere/
mus mōtem tardus admodum erat. Con/
trà quām generosi equi facere solent, qui
festine ascendūt, pedetentim uero descē/
dunt. N A E . Crassus est, atq; ob id gra/
uis. Grauia autem sua ui & sua natura de/
orsum mouentur, quamobrem nihil mis/
rum. A N . Profecto si isti montes s̄apius
scandendi essent, multum mihi pinguedi/
nis sudore adimeretur. B E R . Hic cumu/
lus